LICA

INC
367

2

~~III~~

~~1.2~~
~~110~~ 5

(1) T. 736066
C. 1000086109
(2) T. 886161
C. 1000201080
(3) T. 886172
C. 1000201102
(4) T. 886180
C. 1000206781

Sala 2ª Est. ~~6– Caj. 5~~

5 – 6

Casa de la Comp.a de Jesus




# Pauli primi eremite vita

COMISION DE MONtos HISTcos Y ARTcos DE LA PROA DE TOLEDO

## ¶ Diui hieronymi Pauli primi he-
## remite vita incipit feliciter.

Inter multos ſepe dubitatuz
eſt: a quo potiſſimū monachorū heremus
habitari cepta ſit. quidam eni altius repe
tentes ab Helia ⁊ Joāne ſumpſere principia: quo
rū ⁊ Helias plus nobis videtur fuiſſe propheta q̄ȝ
monachus. ⁊ Joannes prim⁹ cepiſſe ꝓphetare q̄ȝ
natus ſit. Alij autē in quam opinionē vulg⁹ omne
conſentit. Aſſerūt Antoniū hui⁹ propoſiti caput:
ꝙ ex parte verū eſt. Non enim ipſe tam ante oēs
fuit: q̄ȝ ꝙ ab eo oim incitata ſunt ſtudia. Amat⁹
vor Machari⁹ diſcipuli Antonij e quibus ſuperi
or magiſtri corpus ſepeliuit: etiam nūc affirmant
Paulū quendam Thebeū principem rei hui⁹ fuiſ-
ſe: nō nominis. quam opinionē nos quoqȝ ꝓbam⁹
nonnulli ⁊ hec ⁊ alia ꝓut volūtas tulit iactitāt: ſub
terraneo ſpecu crinitū calcaneo tenus hoiem fuiſ-
ſe ⁊ multa alia (que perſequi ocioſum eſt) incre-
dibilia fingentes. quorū quia impudēs mendaciū
fuit: nec refellenda quidem ſentencia videt. Igit
q̄a de Antonio tam greco q̄ȝ romano ſtilo diligen
ter memorie traditū eſt. Pauca de Pauli ꝑncipio
⁊ fine ſcribere diſpoſui: magꝭ quia res omiſſa erat
quā fretus ingenio. Quomodo autē in media eta-
te vixerit: aut quas ſathane ꝑtulerit inſidias nulli

hominū cōpertum habetur Sub Decio ⁊ Valeri
ano perſecutorib⁹ quo tēpore Cornelius rome: ⁊
Cyprianus carthagine tam felici cruore damnati
ſunt: multas apud Egyptū ⁊ Thebaidē eccleſias
tēpeſtas ſeua populata eſt. Votū nūc chriſtianis
erat ꝑ chriſti nomine gladio percuti. Verū hoſtis
callidus tarda ad mortē ſupplicia conquirens: aīas
cupiebat iugulare non corpora: ⁊ vt ipſe qui ab eo
paſſus eſt. Cyprian⁹ dixit: volentib⁹ mori: nō per
mittebat̄ occidi. Cuius vt crudelitas notior fiat:
duo memorie cauſa exēpla ſubiecim⁹. Perſeuerā-
tem igit̄ in fide martyrē: ⁊ inter aculeū laminaſ-
q̄ꝫ victorē iuſſit melle pungi: ⁊ ſub ardētiſſimo ſo-
le ligatis poſtergū manibus reponi. ſ. vt muſcarū
aculeis cederet: q̄ ignitas ſartagines antea ſupaſ-
ſet. Aliū iuuenili etate florentē in amenıſſimos or
tulos ꝑcepit abduci: ibiq̄ꝫ int̄ candētia lilia ⁊ rubē
tes rosas cū leui iuxta murmure aquarū ſerpet
riu⁹ ⁊ molli ſibilo arborū folia vēt⁹ ſtringeret: ſup
ſtructū plumis lectulū reſupinari: ⁊ ne ſe inde poſ
ſet excutere blādis ſertorū nexibus irretitū reliq̄.
Quo cū recedentib⁹ cunctı̄ ad eū meretrix ſpecio
ſa veniſſet: cepit delicatı̄ ſtringere colla cōplexib⁹
⁊ ꝙ dictu quoq̄ꝫ ſcelus eſt: manib⁹ attrectare viri
lia: vt corpore in libidinē cōcitato ſe victrix impu
dica ſupiaceret. Quid ageret miles chriſti: quo ſe
verteret neſciebat: quē tormēta nō vicerāt: ſupera
bat voluptas. Tandē celit⁹ inſpirat⁹ ꝑciſam mor
dicus linguā in oſculantı̄ faciē expuit. Ac ſic libi
dinis ſenſum ſuccidēs doloris magnitudo occupa

uit. Per idē vō tēpꝰ quo talia gerebāt apd̄ inferio
rem Thebaidā cū ſorore ſua iam viro tradita poſt
mortē amborū parentum in hereditate locupleti
Paulus relictus eſt annorū circiter ſexdecim litte
ris tam grecis ꝙ egyptiacis apprime eruditus:
māſueti animi deū valde amās. ⁊ dū ꝑſecutionis
detonaret ꝓcella: in villam remotiorē ⁊ ſecretiorē
ſeceſſit. verū q̄d nō mortalia pectora cogit auri ſa
cra fames: Sororis maritꝰ cepit ꝓdere velle: quē
celare debuerat. nō illū vt aſſolēt vxoris lachryme
nō cōmunio ſanguis: nō ſpectās cūcta ex alto deꝰ
ab ſcelere reuocauit. aderat: inſtabat: crudelitatē
q̄ſi pietate vtebat̄. qd̄ vbi prudētiſſimꝰ adoleſcens
intellexit: ad montiū deſerta ꝯfugiēs: dū ꝑſecuti
onis finē ꝓ̄ſtolaret̄: neceſſitatē in voluntatē ꝯuer
tit. Ac paulatī ꝓcedēs rurſuſq; tātundē atq; idem
ſepiꝰ faciēs repperit ſaxoſum montē: ad cuiꝰ radi
cem haud grādis ſpelūca lapide claudebat̄. quo re
moto (vt eſt cupiditas hoīm auidius occulta co
gnoſcere) aīaduertit intus grāde veſtibulū: ꝙ ap
to deſuꝑ celo patulis diffuſa ramis vetus palma
cōtexerat: fontē lucidiſſimū oſtendēs: cuiꝰ riuum
tantūmodo erūpente modico foramie foris eadē
q̄ aquas genuerat terra abſorbebat. Erāt p̄terea ꝑ
excelſum montē haud pauca habitacula: in q̄bꝰ ſca
bre iam incudes ⁊ mallei q̄bus pecunie ſignate o
lim viſebant̄. Hūc locū egyptiorū littere ferūt fur
tiuā monete officinā fuiſſe ea tēpeſtate qua Cleo
patre iunctus Antoniꝰ eſt. Igit̄ adamato: q̄ſi qd̄
a deo ſibi offerretur habitaculo: omnē ibidē in ora

tionib⁹ ⁊ ſolitudine duxit etatē. cibũ ⁊ veſtimentũ
ei palma prebebat: qḋ ne cui impoſſibile videat̃ ie-
ſum teſtor ⁊ ſanctos angelos ei⁹ in parte heremi q̃
iuxta Syriam ſarracenis iungitur. vidiſſe me mo
nachos: e q̃bus vnus triginta iam annos clauſus
ordeaceo pane ⁊ lutulenta aq̃ vixit. alter in ciſter
na veteri: quam gētili ſermone ſirigubam vocant
q̃nq3 caric̃ p ſingulos dies ſuſtētabat̃. Hec incre-
dibilia vident̃ eis qui nō crediderũt oĩa poſſibilia
credētib⁹: ſ3 vt ad id redeam vnde digreſſus ſum:
cũ iam cēteſimo decimotertio etat ſue anno beat⁹
Paulus celeſtē vitam ageret in terr̃: ⁊ nonagena-
rius in illa ſolitudine Antoni⁹ moraret̃: vt ipſe aſ
ſerere ſolebat. Hec in mentē ei⁹ cogitatio incidit.
Nullum vltra ſe pfectũ monachũ in heremo con-
ſediſſe. atq3 illi per noctem quieſcenti reuelatũ eſt
eſſe alium interius in heremo multo ſe meliorem:
ad quem viſendum deberet properare. Jlico erũ-
pente luce venerabilis ſenex infirmos artus bacu
lo regente ſuſtētans: cepit ire velle: quo neſciebat:
⁊ iam media dies concoquente deſuper ſole ferue
bat: nec tamen accepto itinere deducebat̃ dicens.
Credo in deo meo ꝙ ſeruum ſuum quem mihi p
f. locutus est miſit oſtendet: nec plura his. Conſpicatur homi-
nem equo mixtum: cui opinio poetarum centau-
ro vocabulũ indidit. Quo viſo ſaluatoris impreſ-
ſione ſigni armat frontē: ⁊ heus tu inq̃t q̃ in parte
ſeruus dei hic habitat? At ille barbarũ neſcio quid
frendēs ⁊ frangēs poti⁹ vba q̃3 ploquēs int̃ horrē
tia ora; ſeni blandum q̃ſiuit alloquiũ: ⁊ cũ dextere

manus ꝓtenſione cupitū indicat iter. Ac ſic ꝑ pa-
tētes campos volucri tranſmittēs fuga ex oculis
mirantis euanuit. Verū hoc: vtrum diabolus ad
terrendum eum ſimulauerit: an vt ſolet heremus
monſtruoſorū formas animalium iſtam quoq; gi-
gnat beſtiam: incertū habemꝰ. Stupēs itaq; An-
toniꝰ ⁊ de eo qđ viderat ſecū voluens: vltra ꝓgre-
diebatur. nec mora inter ſaxoſam cōuallem haud
grandē homūculum aduncis naribꝰ fronte corni-
bus aſperata: cuius extrema pars corporis in ca-
prarū pedes deſinebat. Et hoc Antoniꝰ ſpectacu-
lo ſcutū fidei ⁊ loricā ſpei vt fortꝭ preliator arripu
it. Nihilominus memoratū animal palmarū fru
ctus ad viaticū quaſi pacꝭ obſides offerebat. quo
cognito greſſum preſſit Antoniꝰ: ⁊ q̄ſnam eſſꝫ inte-
rogans: hoc ab eo reſponſum accepit. ⁊ mortalis
ego ſum ⁊ vnus ex accolis heremi: quos vario de-
luſa errore gentilitas faunos ſatyroſq; ⁊ incubos
vocans colit: legatiōe fungor gregꝭ mei: p̄camur
vt ꝓ nob cōmunē deū deprecerꝭ: quē ꝓ ſalute mun
di olim veniſſe cognouimus. Et in vniuerſam terraꝫ
exijt ſonꝰ eiꝰ. Talia eo loquēte lōgeuꝰ viator vber
tum faciem lachrymis rigabat: quas magnitudi
ne leticie indices effuderat. gaudebat q̄ppe de xp̄i
gloria ⁊ de interitu ſathane. Simulq; admirans
ꝙ eius poſſet intelligere ſermonē: ⁊ baculo humū
ꝑcutiēs aiebat: ve tibi Alexandria q̄ pro deo portē
ta venerarꝭ. Ve tibi ciuitas meretrix: in qua totiꝰ
orbis demonia confluxere. Quid nūc dictura es?
Beſtie chriſtū loquūtur: ⁊ tu ꝓ deo portēta vene-

raris: nec dũ verba cõplerat: ⁊ q̃ſi pennigero vola
tu petulcũ aial aufugit. Hoc ne cui ad incredibili-
tatẽ ſcrupulũ moueat: ſub rege ↄſtantino vniuer-
ſo mundo teſte defendit. Nam Alexandriã iſtiuſ
modi homo viuꝰ perductꝰ magnũ populo ſpecta-
culũ p̃buit. Et poſtea cadauer exanime ne calore
eſtatis diſſiparetur: ſale infuſum Antiochiã vt ab
imperatore videretur allatum eſt: ſ; vt ꝓpoſitũ ſe-
quar. Antoniꝰ cepta regione ꝑgebat ferarũ tantũ
veſtigia intuẽs ⁊ heremi latã vaſtitatẽ. Quid age
ret: quo verteret gradũ neſciebat. iam altera efflu
xerat dies (reſtabat vnũ) vt deſeri a xp̄o nõ poſ-
ſe ↄſideret. Pernox ſecũdas in or̃one exegit tene-
bras: ⁊ dubia adhuc luce ꝓcul intuet̃ lupã ſitis ar-
doribꝰ anhelantẽ ad radicem montiũ irrũpere: quã
ſecutus oculis ⁊ iuxta ſpeluncã cũ fera abiiſſ;: ac-
cedẽs intro cepit inſpicere nihil curioſitate ꝓficiẽ
te tenebris arcentibꝰ viſum. verũ vt ſcriptura ait.
Perfecta dilectio foras mittit timorẽ: ſuſpẽſo gra
du ⁊ anhelitu tẽperato: callidus explorator ingreſ
ſus: ac paulatim ꝓgrediens ſepiuſq; ſubſiſtens ſo
num aure captabat. Tandẽ per cece noctiũ horro-
rem ꝓcul lumẽ intuitus dũ auidiꝰ ꝓperat offenſo
pede lapidẽ in ſtrepitũ cõcitauit: poſt cuiꝰ ſonitum
beatus Paulus oſtiũ qd̓ petebat occludẽs ſera ob
firmauit. Tũc vero Antoniꝰ ꝓ foribus corruẽs vſq;
ad ſextam ⁊ eo amplius horam aditum p̃cabat̃ di
cẽs: qui ſum vnde cur venerim noſti. Scio me nõ
mereri conſpectũ tuũ videre: tamẽ niſi videro nõ
recedam: qui beſtias recipis: hoiem cur repellis?

queſiui ⁊ inueni: pulſo vt aperiatur: ꝙ ſi non impe
tro hic moriar ãte poſtes tuos: certe ſepelies meũ
cadauer. Talia preſtabat memorãs: fixuſq; mane
bat. Ad quẽ reſpõſum paucis ita reddit heros: ne
mo ſic petit vt minetur: nemo cum lachrymis in-
iuriam vel calũniam facit: ⁊ minaris ſi non recipi
am cum moriturus aduenerꝭ ſepeliam te. Sic ar-
ridens Paulus patefecit ingreſſum: quo apto dũ
in mutuos miſcentur amplexus ꝓprijs ſe ſalutaue
re nominibus. gratie domino in commune referũ
tur. Et poſt ſecundũ oſculum reſidens Paulꝰ cuꝫ
Antonio ita exorſus eſt. En quem tanto labore q̄-
ſiſti putridis ſenectute mẽbris operit inculta cani
cies. En vides hominẽ in puluerẽ mox futurum:
verum q̄a charitas oīa ſuſtinet: narra mihi q̄ſo vt
ſeſe habeat hominũ genus. an antiq̄s vrbibꝰ noua
tecta conſurgant: quo mundus regatur imperio.
an ſuperſint qui demonum errore rapiant̄: int̄ has
ſermocinaciones conſpiciunt alitem coruum in ra
mo arboris conſediſſe: qui inde leuiter ſubuolans
integrum panẽ inter mirantiũ ora depoſuit: poſt
cuius abſceſſum. Eya inq̄t Paulus dñs nob̄ pran
diũ miſit: vere piꝰ: vere clemens: vere miſericors
Sexagita iam anni ſunt ex quo dimidij panis ſem
per fragmen accipio. verum ad aduentũ tuũ mili
tibꝰ ſuis xp̄s duplicauit annonam. Igitur in deũ
gratiarum actione celebrata ſuper vitrei margi-
nem fontꝭ vterq; conſedit. Hic vo̾ q̄s frangeret pa
nem oborta contentio pene diem duxit in veſperã.
Paulus more cogebat hoſpitij. Antonius iure re-

ſellebat etatis. Tandē conſiliū fuit inter illos: vt
apprehenſo e regione pane dum ad ſe quiſqꝫ niti-
tur pars ſua remaneret in manib⁹. Deinde Pau-
lum aque concauis manibus prono in fonte ore li
barunt: ⁊ immolantes deo ſacrificium laudis no-
ctem tranſegere vigilijs. Cūqꝫ iam eſſet terris red
ditus dies beatus Paulus ad Antoniū ſic locutuſ
eſt. Olim te frater in iſtis regionibus habitare ſci-
ebam olim cōſeruū meū mihi promiſerat domin⁹
Sed quia dormitionis tempus aduenit: ⁊ qđ ſem
per cupiebam diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto: peracto
curſu ſupereſt mihi corona iuſticie. Tu miſſus es
a domino qui humo corpuſculum meum tegas.
Immo terre terram reddas. His Antonius au-
ditis flēs ⁊ gemēs ne ſe desereret: atqꝫ vt comitē ta
lis itineris acciperet: precabatur. Et ille: nō debes
inqt qrere que tua ſunt: ſed q̄ aliorum. Expedit q̄-
dem tibi ſarcina carnis abiecta agnum ſequi. Sꝫ
ceteris expedit fratribus vt tuo adhuc inſtituantur
exemplo. Quamobrem perge queſo (niſi moleſtū
eſt) ⁊ palliū quod tibi Athanaſius epiſcopus de-
dit: ad obuoluēdum corpus meum defer. Hec au
tem beatus Paulus rogauit. nō ꝙ magnopere cu
raret vtrum tectum putreſceret cadauer an nudū
Quippe qui tanto temporis ſpacio contextis pal
marum folijs veſtiebatur. Sꝫ vt a ſe recedēte me
ror ſue mortis leuaretur. Stupefactus ergo Antoni
us ꝙ de Athanaſio ⁊ pallio eius audierat: quaſi
chriſtum in Paulo videns: ⁊ in pectore eiuſdem
deum venerans vltra nihil reſpondere auſus eſt.

Sed cum ſilencio lachrimans oſculatis eius ocu-
lis manibuſqʒ ad monaſterium quod poſtea a ſar-
racenis occupatum eſt regrediebat': ueqʒ vo greſ-
ſus ſequebatur animũ. Sed cum corpus inane ie-
iunijs ſeniles ⁊ anni frangerent: aīo vincebat eta-
tem. Tandem defatigatus: ⁊ anhelus ad habita-
culum ſuum perfecto itinere peruenit: cui cũ duo
diſcipuli: qui ei iam longo tempore miniſtrare cō-
ſueuerant: occurriſſent dicẽtes. Ubi tam diu mo-
ratus es pater? Reſpondit. Ve mihi peccatori q̄
falſum monachi nomẽ fero. Uidi Heliam. Uidi
Joannem in deſerto: ⁊ vere in paradiſo vidi Pau-
lum. Ac ſic ore compreſſo manu verberans pect⁹
de cella pallium protulit. Rogantibuſqʒ diſcipu-
lis vt plenius quidnam rei eſſet exponeret: ait tem-
pus loquẽdi: tempus tacendi: tempus plangendi:
⁊ tempus ridendi. Tunc egreſſus foras: ⁊ nihil ci-
bi quidem ſumens per viam qua venerat: regredi-
ebatur. illum ſitiẽs: illum videre deſiderans: illũ
oculis ac mente complectẽs: timebat enim quod
euenit. ne ſe abſente debitum chriſto ſpiritum red-
deret. Cumqʒ iam dies illuxiſſet alia: ⁊ trium hora-
rum ſpacio iter remaneret. vidit inter angelorum
cateruas: inter prophetarum ⁊ apoſtolorum cho-
ros: niueo: Paulum candore fulgentem: in ſubli-
me conſcendere. ⁊ ſtatim in faciem procidens: ſa-
bulum capiti ſuperiacebat: plorans atqʒ eiulans.
Cur me Paule dimittis? cur abis inſalutat⁹? tam
tarde notus: tam cito recedis? Referebat poſt-
ea beatus Antoni⁹ tanta ſe velocitate qđ reliquum

erat vie cucurriſſe: vt inſtar auis ꝑuolaret: nec im
merito. Nam introgreſſus ſpeluncam vidit geni-
bus complicatis erecta ceruice extẽſiſq; in altum
manibus corpus exanime. Ac primu; ⁊ ipſe eum
viuere credens pariter orabat. Poſtq̄; vo nulla (
vt ſolebat) ſuſpiria precanti audiuit: i flebile oſcu-
lum ruẽs intellexit: qđ etiam cadauer ſancti deū (
cui omnia viuūt) officio geſtus p̄caretur. Igitur
obuoluto ⁊ prolato foras corpore: pſalmis quoq;
ex chriſtiana traditione cantatis: contriſtabatᷣ An
tonius: quod ſarculum quo terram foderet: nō ha
beret. fluctuans vario mentis eſtu: ⁊ ſecum mul-
ta reputans dicebat: ſi ad monaſterium reuertar:
quadrui iter eſt: ſi hic maneam: nihil vltra profici-
am. Moriar ergo (vt dignum eſt) ⁊ iuxta bella-
torem tuum chriſte ruens: extremum halitum fun
dam. Talia eo animo voluente: ecce duo leones ex
interiori heremi parte currentes volantibus: per
colla iubis ferebantur. quibus aſpectis primo ex-
horruit: rurſuſq; ad deum mentem referens: qua
ſi columbas videret: manſit intrepidus. ⁊ illi q̄dē
directo curſu ad cadauer beati ſenis ſubſtiterunt:
adulantibuſq; caudis circa pedes eiꝰ accubuerūt.
Fremitu ingenti rugiẽtes: vt prorſus intelligeret
eos plangere quomodo poterāt. Deinde haut ꝑ-
cul ceperūt humū pedibus ſcalpere arenāq; certa
tim egerentes vniꝰ hoīs capacem locū effodere:
⁊ ſtatim quaſi mercedem pro opere poſtularēt: cū
motu auriū ceruice deiecta ad Antoniū ꝑrexerūt:
manus eius pedeſq; lingẽtes: vt ille animaduerte

ret: benedictionē eos precari. Nec mora ⁊ in lau/
dationē quoqꝫ christi effuſus: ꝙ muta quoqꝫ ani/
malia deum eſſe ſentirēt: ait. Domine ſine cuius
nutu nec foliū arboris defluit: nec vnus paſſerū ad
terram cadit: da illis ſicut tu ſcis ⁊ manu annuēs
vt abirent: imperauit. cumqꝫ illi receſſiſſent: ſancti
corporis oneri ſeniles curauit humeros: ⁊ depo/
ſito eo in foueā deſuper humū congregans tumu/
lum ex more compoſuit. Poſtꝙ autem dies efful/
ſerat alia: ne quid pius heres ex inteſtati bonis nō
poſſidere: tunicā ſibi eius vendicauit: quā in ſpor/
tarum morem de palme folijs ſibiipſe texuerat: ac
ſic ad monaſterium reuerſus diſcipulis ex ordine
cuncta replicauit: diebuſqꝫ ſolennibus: Paſche:
Pentecoſtes: ſemper Pauli tunicam veſtitus eſt.
Libet in fine opuſculi interrogare eos ꝗ patrimo/
nia ſua ignorant: ꝗ domos marmoribꝰ veſtiunt: ꝗ
vno filio villarū inſuūt predia: huic ſeni nudo quid
vnꝙ defuerit? Vos gemma bibitis: ille concauis
manibus nature ſatiſfacit. Vos in tunicis aurum
texitis. Ille ne viliſſimi quidem mācipij veſtri in/
dumenta habuit. Sed econtrario illi pauperculo
paradiſus patet: vos auratos gehenna ſuſcipiet.
Ille chriſti veſtem (licet nudus) tamen ſeruauit:
vos veſtiti ſericis: vos indumentū chriſti perdidi
ſtis. Paulus viliſſimo puluere opertus iacet re/
ſurrecturus in gloria: vos operoſa ſaxis ſepulcra
peremunt cū veſtris operibꝰ arſuros: parcite que/
ſo vos parcite ſaltē diuitijs quas amatis: cur ⁊ mor/
tuos vr̄os auratis obuoluitis veſtibꝰ? Cur ambi/

tio veſtra inter luctus lachrymaſqȝ nō ceſſat? An
cadauera diuitū niſi in ſerico putreſcere neſciūt?
Obſecro quicunqȝ hec leg̃ vt hieronymi peccato
ris memineris: cui ſi dominus optionem daret:
multomagis eligeret tunicam beati Pauli cū me
ritis eius: q̃ȝ regum purpuras cum ſuis penis

## ¶ Ad Marcellam hieronymus.

Parua ſpecie ſed charitate ma
gna ſunt munera accepiſſe a v̾gine armil
las: epiſtolā: ⁊ colūbas. Et qm̄ mel ī die
ſacrificijs nō offertur nimia dulcedo arte mutata
eſt: ⁊ quadā vt ita dicā piperis auſteritate cōdita
Apud deū enim nihil voluptuoſum: nihil tm̄ ſua-
ue placet: nihil qđ in ſe nō habet mordacis aliquid
veritatꝭ. Paſcha chriſti cū amaritudinibus man-
ducatur. Feſtus eſt dies ⁊ natalis beati Petri fe-
ſtius ſolito concinendum. Jta tamen vt ſcriptu-
rarum carmen iocularis ſermo non fugiat. nūc ne
a prepoſito paleſtre noſtre longius euagemur. Ar
milis in Ezechiele ornat hieruſalem. Baruth epi
ſtolam ſuſcepit ab Hieremia: in colūbe ſpecie ſpi-
ritusſanctus allabitur. Jta vt te aliquid ⁊ piperis
mordeat: ⁊ priſtini libelli etiam nunc recorderis.
Caue ne operis ornamenta dimittas que vere ar-
mille ſunt brachiorȝ. Ne epiſtolam pectoris tui
ſcindas: quam a Baruth traditaȝ nouacula rex ꝓ-
phanus incidit: ne ad ſimilitudinem Effraim ꝑ
Oſee audias. Facta eſt inſipiēs vt colūba: nimi-
um reſpōdebis auſtere: ⁊ ꝙ feſto nō cōueniat diei

talibus ipſa muneribus prouocaſti: dum dulcib9
amara ſociata ſunt ⁊ a nobis paria receperis: lau-
dem amaritudo comitabitur. Verũ ne videar do-
na minuiſſe: accepimus ⁊ caniſtrum ceraſis re-
fertum talibus ⁊ tam virginali verecundia rubẽti-
bus: vt ea nunc a Lucullo delata exiſtimarem. Si-
quidem hoc genus pomi Ponto ⁊ Armenia ſubiu-
gatis de Ceraſo ſumptum primus romam ꝑtulit
Unde ⁊ a patria arbor nomen accepit. Igitᷣ quia
in ſcripturis caniſtrum ficis plenum legim9: Ce-
raſa vo non inuenim9. In eo quid allatũ eſt id qᷝ
allatum nõ eſt predicamus. Optamuſq; te de il-
lis pomis fieri: que contra templũ dei ſuut: ⁊ de qᷝ-
bus deus dicit. Quia bona valde: nihil quippe ſal-
uator medium amat: ⁊ ſicut frigidum non refugi-
ens calidis delectatur: ita tepidos in apocalipſi
euomere ſe loquitur. Unde nobis ſolicitus ꝓuidẽ-
dum vt ſolennem diem non tam cibarum abũdã-
tia q̃z ſpiritus exultatione celebremus: quia val-
de abſurdum eſt nimia ſaturitate velle honorare
martyrẽ quẽ ſciam9 deo placuiſſe ieiunijs. Ita ti-
bi ſemꝑ comedendũ eſt vt cibũ oro ſequatᷣ ⁊ lectio
Qᷝ ſi aliqᷝbus diſplicet apoſtoli vba cantato. Si
adhuc hoibus placerem chriſti ancilla nõ eſſem.

## ❡ Diui hieronymi Malabi capti-
## ui monachi vita feliciter incipitur.

QVi nauali prelio dimicaturi
ſunt: ante in portu ⁊ in tranquillo mari fle-
ctunt gubernacula: remos trahũt: ferre-
as manus ⁊ vncos preparant: diſpoſitoq; ꝑ tabu-

lata milite pendenti gradu: ꝛ labanti veſtigio ſta-
re firmiter aſſueſcunt. Ut quod in ſimulachꝛo pu-
gne didicerunt: in vero certamine non perhoꝛre-
ſcant. Ita ego qui diu tacui ſilere quippe me fecit
mens cui ſermo ſuppliciū eſt: pꝛius exerceri cupio
in paruo ope: ꝛ veluti quandā rubiginē lingue ab-
ſtergere: vt venire poſſim ad hiſtoꝛiam latioꝛem.
Scribere enim diſpoſui ſi tamē deus vitā dederit
ꝛ ſi vituperatoꝛes mei ſaltem fugientem me clau-
ſum perſequi deſierint ab aduentu ſaluatoꝛis vſqꝫ
ad noſtram etatem: id eſt ab apoſtolis vſqꝫ ad no-
ſtri tempoꝛis fecem: quomodo ꝛ per quos chꝛiſti
eccleſia nata ſit ꝛ adulta: perſecutionibꝰ creuerit
ꝛ martyribus coꝛonata ſit. Et poſtꝙ ad chꝛiſtia-
nos pꝛincipes venerit: potentia quidem ꝛ diuitijs
maioꝛ: ſed virtutibꝰ minoꝛ facta ſit. Verū hec ali-
as: nunc quod imminet: explicemus. Maronias
triginta ferme milibus ab Antiochia vꝛbe Syrie
haut grandis ad oꝛiētem diſtat viculus. Hic poſt
multos vel dominos: vel patronos: dum ego ado-
leſcentulus moꝛarer in Syria: ad pape euagri ne-
ceſſarij mei poſſeſſionē deuolutus eſt: quē idcirco
nūc noīaui: vt oſtenderē vnde noſſem ꝙ ſcripturꝰ
ſum. Erat illic quidam ſenex nomine Malchus:
quē nos latine regem poſſumꝰ dicere: Syrus na-
tione ꝛ lingua: ꝛ reuera eius loci indigena. Anus
quoqꝫ in eius cōtubernio valde decrepita: ꝛ iam
moꝛti pꝛoxima videbaꝛ: tam ſtudioſe ambo religi-
onis ꝛ eccleſie limen terentes: vt Zachariā ꝛ Eli-
zabeth de euāgelijs crederes: niſi ꝙ in medio Jo

annes non erat. De his curioſe cū ab accolis que-
rerē que nam eſſꝫ eorum: copula matrimonij: ſan-
guinis: an ſpūs: voce conſona oēs ſanctos: ⁊ deo
placitos: ⁊ mira neſcio que reſpondebāt. Cupidi
tate illectꝰ adorſus ſum hoīem: ⁊ curioſius ſciſci-
tās rerū fidē: hoc ab eo accepi. Ego inꝗt mi gna-
te in Maronenſi agello colonꝰ parētibꝰ ſolus fui:
qui cū me quaſi ſtirpē generꝭ ⁊ heredem famule ad
nuptias cogerēt: monachū me potiꝰ velle eē reſpō
di quātꝭ pr̄ minis: ꝗntꝭ mr̄ blandicijs ꝑſecuti ſunt
vt pudiciciā perderē: hec res ſola indicio fuit: ꝙ ⁊
domū ⁊ parētes fugi. ⁊ ꝗa ad orientē ire nō pote-
ram ꝓpter vicinaꝫ perſidē: ⁊ romanorū militū cu
ſtodiā: ad occidentē verti pedes. Pauxillulū ne-
ſcio ꝗd viatici portans: ꝙ me tantū ab inopia de-
fenſaret: ꝗd multa? perueni tandē ad heremū cal-
chidos. que inter imas ⁊ beroam magꝭ ad auſtrū
ſita eſt. ibi repertꝭ monachis eorū me magiſterio
tradidi manuū labore victū ꝗritās: laſciuiāqꝫ car
nis refrenās ieiunijs. Poſt multos annos incidit
mihi cogitatio: vt ad patriaꝫ pergerē. ⁊ cū adhuc
viueret mr̄: iam enim pr̄em mortuū eſſe audierā:
ſolarer viduitatē eiꝰ: ⁊ exinde venūdata poſſeſſiun
cula: partē erogarē pauperibꝰ: ⁊ ex parte monaſte
riū conſtruerē ꝗd erubeſco infidelitatē meam con-
fiteri? partē in ſumptū meorū ſolacia reſeruarem.
Clamare cepit abbas meꝰ: diaboli eſſe tentationē
⁊ ſub honeſtate rei occaſione antiꝗ hoſtꝭ inſidias.
hoc eſſe reuerti canes ad vomitū ſuum. ſic multos
monachorū eſſe deceptos. nunꝙ diabolū apta frō

te ſe prodere: proponebat mihi exempla de ſcri/
pturꝭ plurima. iter que illđ ab initio qđ Adã quo/
q3 ⁊ Euã ſpe diuinitatꝭ ſupplantauerit. ⁊ cũ ꝑſua
dere nõ poſſ3. prouolutꝰ genibꝰ obſecrabat ne ſe de
ſererẽ: ne me ꝑderẽ: ne aratrũ tenẽs poſtergum re
ſpicerẽ Ve miſero mihi vici peſſima victoria repu
tãs illũ nõ meã vtilitatẽ: ſ3 ſuũ ſolaciũ q̃rere. Pro
ſecutꝰ ẽ me de monaſterio q̃ſi funꝰ efferret. ⁊ ad ex
tremũ vale dicẽs: video te ait o fili ſathane notatũ
cauterio: nõ q̃ro cauſas. excuſationes nõ recipio.
ouis q̃ de ouili egredit̃: lupi ſtati morſibꝰ patet. de
Beroa Edeſſam ꝑgentibꝰ vicina eſt publico itine/
ri ſolitudo. ꝑ quã ſarraceni i certꝭ ſemꝑ ſedibꝰ huc
atq3 illuc vagant̃. q̃ ſuſcipio frequẽtiam in illis lo/
cis viatorũ congregat: vt iminẽs periculũ auxilio
mutuo declinet̃. Erãt in comitatu meo viri: femi/
ne: ſenes numero circiter ſeptuagita: ⁊ ecce equo/
rũ camelorũq3 ſeſſores hyſmahelite irruũt crinitꝭ
vitatiſq3 capitibꝰ. Ac ſeminudo corpore pallia ⁊
latas caligulas trahẽtes. pẽdebãt ex humero pha
retre: ⁊ laxos arcꝰ vibrãtes: haſtilia longa porta/
bãt. nõ eni ad pugnãdum: ſ3 ad p̃dandũ venerant.
rapimur: diſſipamur in diuerſa trahimur. Ego in
teri lõgo poſt liminio hereditariꝰ poſſeſſor: ⁊ ſero
mei conſilij penitẽs cũ altera muliercula in vnius
heri ſeruitutẽ ſorte deuenio: ducimur imo porta/
mur ſublimes in camelis: ⁊ ꝑ vaſtã heremũ ſemꝑ
ruinã timẽtes heremꝰ potiꝰ q̃3 ſedemꝰ cibꝰ ſemicru
de carnes: ⁊ lac camelorũ potꝰ erat. tandẽ grandi
amne trãſmiſſo ꝯuenimꝰ ad interiorẽ ſolitudinẽ v/

bi dn̄am ei⁹ q̄ liberos ex more gentis adorare iuſſi
ceruices flectim⁹ hoc q̄ſi clauſ⁹ carcere mutato ha
bitu nud⁹ ābulare diſco. nā aer' intēperies p̄ter pu
dēda nihil aliud velari patiebať. tradunť mihi pa
ſcēde oues ⁊ in malorū cōſolatiōe hoc fruor ſola-
cio: q̄ ⁊ dn̄os meos ⁊ cōſeruos rari⁹ video. Vide-
bar mihi aliq̄d hr̄e ſcti Jacob: recordabar Moy-
ſi: q̄ ⁊ ipſi pecorū i heremo quondā fuere paſtores
Veſcebar recēti caſeo ⁊ lacte: orabā iugiť: canebā
pſalmos quos i mōaſterio didicerā. Delectabat
me captiuitas mea: agebā dī iudicio grās q̄ mo
nachū: quē in patria fuerā pditur⁹: in heremo in-
uenerā. O nihil vnq̄ȝ tutū apd̄ diabolū. O multi
plices ⁊ ineffables ei⁹ inſidie: ſic quoqȝ me laten-
tem inuenit inuidia. dn̄s vidēs gregē ſuū creſcere
nihilqȝ in me dep̄hendēs fraudulētie: ſciebā enim
ap̄l'm p̄cepiſſe: dn̄s ſic q̄ſi deo fideliť ſeruiendū. ⁊
volēs me remunerari quo fidū ſibi magl' faceret.
tradidit mihi illā conſeruā mecū aliq̄n captiuam.
Ego cū refutarē ⁊ dicerē me xp̄ianū: nec mihi lice
re vxorē viuent' accipe. ſi q̄dē capt⁹ nobiſcū vir ei⁹
ab alio dn̄o fuerat adduct⁹ her⁹ ille iplacabilis i fu
rorē ꝟſus euaginato me cepit petere gladio. ⁊ niſi
feſtin⁹ brachiū tenerē: mulierē p̄occupaſſeȝ: illico
effudiſſȝ ſanguinē. Jā venerat tenebroſior ſolitu-
do ⁊ mihi nimiū imatura nox. duco in ſpeluncā ſe-
miruptā nouā coniugē ⁊ pronubāte nob̄ triſticia:
vterqȝ alterū deteſtamur: nec fatemur. Tūc vere
ſenſi captiuitatē meā. pſtratuſqȝ humi monachū
cepi plangere quē pdebam. Hucceine miſer ſerua-

tus ſum: ad hoc me mea ſcelera pduxerūt: vt inca
neſcēte iam capite virgo marit⁹ fierē. Quid pro/
deſt parētes: patriā rē familiarē contēpſiſſe p dño
ſi hoc facio: qđ me facerē illa contēpſi: niſi qđ for/
te ppterea hoc ſuſtineo q̃a rurſus patriā deſidera/
ui. Quid agis aīa perim⁹ an vincim⁹: expectam⁹
manū dñi: an proprio mucrone cōfudimur: verte
in te gladiū aīe magꝭ mors timēda eſt q̄ corporis.
Habet enim ſeruata pudicicia martyriū ſuū: Ja
cet inſepultus xp̄i miles in heremo. ipſe ero ⁊ pſe/
cutor ⁊ martyr. Sic fatus eduxi i tenebris quoq̄
micantē gladiū: ⁊ acumine contra me verſo. Va/
le inq̄ infelix mulier: habeto me martyrē poti⁹ q̄z
maritū. Tūc illa pedib⁹ meis prouoluta. Per ego
te inquit ieſum: perq̄z hui⁹ hore neceſſitatē oro ne
effundas ſanguinē tuū: vel ſi mori tibi placet: i me
primū verte mucronē: ſic nob poti⁹ cōiungamur.
Si vir me⁹ ad me redieret ſeruarē caſtitatē: quoni
am mea me captiuitas docuit: vel interirē anteq̄z
pderē. Cur morerꝭ ne mihi iungarꝭ: ego morerer
ſi mihi iungi velles habeto me cōiugē pudicicie ⁊
magꝭ aīe copulam amato q̄z corporis. Expectēt
dñi maritū xp̄s nouerit fratrē. facile perſuadebi/
mus nuptias cū nos viderint ſic amare. fateor ob
ſtupui: ⁊ admiratus virtutē femine coniuge plus
amaui: nunq̄z tñ illius corp⁹ nudū intuitus ſum:
nunq̄z ei⁹ carnē tetegi: timēs in pace pdere qđ in
prelio ſeruauerā. Tranſeūt in tali mr̄imonio dies
plurimi. amabiliores dñis nos fecerāt nuptie nul
la fuge ſuſpitio. Interdū ⁊ mēſe toto aberā fidus

gregi paſtor per ſolitudinē. Poſt grande interual/
lum dū ſolus in heremo ſedeo: ⁊ preter celū terrā/
qꝫ nihil video cepi mecū tacitus voluere: ⁊ inter
multa monachorū quoqꝫ ꝯtubnia recordari. ma/
ximeqꝫ vultus pr̄is mei q̄ me erudierat: tenuerat
perdiderat: ſic quoqꝫ cogitās aſpicio formicarum
gregē anguſto calle feruere. video ferre onera ma/
iora q̄ꝫ corpora: alie herbarū q̄dam ſemina forci/
pe oris trahebant alie egerebāt humū de foueis.
⁊ aquarū meatꝰ aggeribꝰ excludebāt. Jlle venture
hyemis memores ne madefacta humꝰ in herbam
horrea vteret: illata ſemina precidebāt. He luctū
celebri corpora defūcta portabant. ⁊ qđ magi mi
rum eſt egrediēs non obſtabat intrantibꝰ q̄n potiꝰ
ſi q̄ꝫ vidiſſent ſub face ⁊ onere concidiſſe: ſuppoſiti
humeri adiuuabant. Quid multa? mihi pulcrum
ſpectaculū dies ille ꝓbuit. vnde recordatꝰ ſalomo
nis ad formiceas ſolertiā nos mittentis: ⁊ pigras
mētes tali exēplo ſuſcitanti: cepit tedere captiui/
tati ⁊ monaſterij cellulas q̄rere: ac formicarū illa/
rum ſimilitudinē deſiderare: vbi laboratꝛ in medi/
um: ⁊ cū nihil cuiuſq̄ꝫ ꝓpriū ſit oīa cōmunia ſunt.
Regreſſo ad cubile: occurrit mulier: triſtitiā ani/
mi vultu diſſimulare nō potui. rogat cur exanima
tus ſim: audit cauſas. hortatꝛ ad fugam. nō aſper
natꝛ. peto ſilentiū. fidē tribuit. ⁊ iugi ſuſurro inter
ſpem ⁊ metū dubij fluctuamꝰ. Erant mihi in gre/
ge duo hirci mire magnitudinis q̄bꝰ occiſis vtres
facio. Eorūqꝫ carnes viatico ꝓparo. ⁊ prio veſpi
putātibꝰ nos dn̄is ſecreto cubitare inuadimꝰ iter:

vtres ⁊ partes carniū portātes. Cūqꝫ ꝑueniſſem⁹
ad fluuiū nam decē milib⁹ aberat: inflatꝭ ⁊ accēſis
vtribus aq̄s nos credim⁹ paulatim pedibus ſubre
migantes: ⁊ deorſum nos flumine deferēte: ⁊ mul
to lōgi⁹ q̄ꝫ ꝓcēderam⁹ in alterā exponēte ripā: vt
veſtigiū ſequētes ꝑderēt. Sed int̄ hec madefacte
carnes ⁊ ex parte lapſe vix tridui cibū pollicebant̄
bibim⁹ vſqꝫ ad ſatietatem future nos ſiti ꝓparan-
tes. currim⁹ poſtergū ſemꝑ reſpicim⁹: ⁊ magꝭ no-
ctibus ꝓmouem⁹: vel propter inſidias late vagā-
tiū ſarracenorū: vel ꝓpt̄ calorē ſolis. nimiū paueo
miſer ⁊ referēs ⁊ iā ſecur⁹ toto tn̄ corꝑe ꝑhorreſco.
poſt diē tertiū dubio aſpectu: ꝓcul aſpicim⁹ duos
camelis inſidētes venire cōcite: ſtatiqꝫ mēs mali
preſaga dn̄m meditari: mortē ſolem cernere nigre
ſcentē. Dūqꝫ timem⁹ ⁊ veſtigio per harenam nos
ꝓditos intelligim⁹: offertur ad dexterā ſpec⁹ lōge
ſub terram penetrāſ. Igit̄ timentes venenata aīa
lia ſolent q̄ppe vipere reguli ⁊ ſcorpiones ⁊ cetera
huiuſmodi: feruorē ſolis declinantia: vmbras pe
tere intram⁹ quidē ſpelūcam: ſꝫ ſtatim nos in ipſo
introitu ſiniſtre fouee credimus nequaq̄ꝫ vltra ꝓ-
gredientes: ne dū mortē fugim⁹: incurram⁹ mor-
tem illudqꝫ nobiſcū reputantes: ſi iuuat dn̄s miſe
ros habem⁹ ſalutē. ſi deſpicit peccatores habem⁹
ſepulcrū. Quid putas tunc nobis fuiſſe animi: q̄d
terroris: cū ante ſpecū haud ꝓcul ſtaret dn̄s ⁊ ꝯſer
uus: ⁊ veſtigio indice iam ad latebras ꝑueniſſent.
O multo grauior expectata q̄ꝫ illata mors. Rur-
ſus cū labore ⁊ timore lingua balbutit: ⁊ quaſi cla

